



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Quòd desideria cordis examinanda sunt, & moderanda. 11

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

delectationem. Consequentur magnā
mentis libertatem, qui arctam pro no-
mine tuo ingrediuntur viam, & om-
nem mundanam neglexerint curam. *Matt. 7.*

6 O grata & iucunda Dei seruitus, *Mat. 11*
qua homo veraciter efficitur liber & *1. Ioā.*
sanctus. O sacer status religiosi famu-
latus, qui hominem Angelis reddit
æqualem, Deo placabilem, dæmonibus
terribilem, & cunctis fidelibus com-
mendabilem. O amplectendum, &
semper optandum seruitium, quo
summum promeretur bonum, & gau-
dium acquiritur, sine fine mansurum.

CAP. XI.

*Quod desideria cordis examinanda sunt,
& moderanda.*

1 **F**ili, † oportet te adhuc multa ad- *Domi-*
discere, quæ necdū benè didicisti. *nus.*
* Quæ sunt hæc Domine? † vt desi- *Seruus.*
derium tuū, ponas totaliter secundū *Domi-*
beneplacitum meum: & tui ipsius ama- *nus.*
tor non sis, sed meæ voluntatis cupi- *Pf. 107.*
dus æmulator. Desideria te sæpè ac- *6. Mat*
cendunt, & vehementer impellunt:
sed considera, an propter honorem
meum,

meum, an propter tuum commodum magis mouearis. Si ego sum in causa, benè contentus eris, quomodocunque *Phil. 1.* ordinauero: si autem de proprio quaesito aliquid latet, ecce hoc est, quod te impedit & grauat.

2. Caue ergo, ne nimium innitaris super desiderio præconcepto, me non consulto: ne fortè postea pœniteat, aut displiceat, quod primò placuit, & quasi pro meliore zelasti. Non enim omnis affectio, quæ videtur bona, statim est sequenda: sed neque omnis contraria affectio ad primum fugienda. Expedit interdum refrenatione uti, etiam in bonis studiis & desideriis: ne per importunitatem, mentis distractionem incurras; ne aliis per indisciplineationem, scandalum generes: vel etiam per resistantiam aliorum, subitò turberis & corruas.

Phil. 2. 3. Interdum verò oportet violentia uti, & viriliter appetitui sensitiuo contraire, nec aduertere quid velit caro, & *Ro. 8* quid non velit: sed hoc magis satagere, *2. Cor. 4* ut subiecta sit etiam nolens spiritui. Et *2. Cor. 10.* tamdiu castigari debet, & cogi seruituti subesse, donec parata sit ad omnia,

nia, paucisque contentari discat, & simplicibus delectari, nec contra aliquod inconueniens mussitare.

CAP. XII.

*De informatione patientia, & luctamine,
aduersus concupiscentias.*

IDomine* Deus, vt video, patientia est mihi valde necessaria: Sertius. Heb. 10.
multa enim in hac vita, accidunt contraria. Nam qualitercumque ordinauero de pace mea, non potest esse sine bello & dolore, vita mea. †Ita est fili. Iob 7. Domini- aus.
Sed volo te, non talem quærere pacem, quæ tentationibus careat, aut contraria non sentiat: sed tunc etiam æstimate pacem inuenisse, cum fueris variis Iac. 1.
tribulationibus exercitatus, & in multis contrarietatibus probatus.

2 Si dixeris, te non posse multa pati, quomodo tunc sustinebis ignem purgatorij? De duobus malis, minus est semper eligendum. Vt ergo æterna futura supplicia possis euadere, mala præsentia studeas pro Deo æquanimiter tolerare. An putas quòd homines seculi huius, nihil vel parum patientur? Nec hoc inuenies, etiamsi de-